[Roma, Marcello
Silber, dopo il
1510]

Mirabilia vrbis Rome.



Mirabilia vrbis Romę.

MVrus vrbis Romę habet Treccctas sexaginta & vnā turres. Propugnacula sex milia & nonaginta &. xxii. milia particularia. In circuitu vero sunt. xxii. exceptis trāstyberim & ciuitate Leonina: & porticu sancti Petri: vbi sunt. xx. miliaria.

De portis infra vrbem.

Portę inclitę sunt hę. Porta capena: quę dicitur sancti Pauli. Porta apia: q̄ ducit ad dn̄e quo vadis. Porta latina: vbi sctūs Ioānes fuit missus in oleū. Porta metioni: vbi riuulus influit vrbem. Porta asinaria in Lateranī. Porta lauicana: quę maior est: quę est iuxta sanctā crucē in ierusalē. Porta taurina vel tyburtina: q̄ sctī Laurētii dicit̄. Porta numētana: quę ducit ad sanctā Agnetem virginem. Porta salaria: quę ducit versus sanctā Sabinam. Porta pincina: quę est circa ecclesiam sancti Fęlicis. Porta flaminea: quę est circa ecclesiā sctę Marię de populo. Porta colina: quę est contra templū Adriani supra pontem.

De portis transtyberim.

Portę transtyberim sunt tres. s. Porta settiniana

vbi.v.laudes factę fuerũt Octauiano impatori. Porta aurea.s.sctī Pancratii. Porta portueñ.

In porticu sancti Petri sunt duę portę.s.Porta castelli sancti angeli: & Porta viridaria.

De montibus infra vrbem.

Mons ianiculus: vbi est sanctus Petrus. Mons taurinus: quē dicit ianitarius. Mons auentinus vbi est ecclesia.s.Sabinę. Mõs quirinalis: qa ibi stabãt Quirites: vbi est eccl'ia.s.Stephani: quę dr̃ in Celio monte. Mons tarpeius vel capitoliũ: vbi est palatiũ Senatorꝝ. Mõs palatinus vbi est palatiũ maius. Mons inquilinus super alios montes dicit: vbi est basilica sanctę Marię maioris. Mons vĩnalis: vbi est basilica sanctę Agathę: vbi virgilius fuit captus a romanis: qui visibiliter exiens a carcere perrexit Neapolim.

De pontibus vrbis.

Pontes vrbis Ro.sunt isti. Pons Adriani: vel iudeorꝝ. Pons fabiani iuxta prefatum pontem. Pons gratiani. Pons senatorꝝ. Pons theodosii. & pons valentini.

Palatia imperatorꝝ sunt hęc.

Palatiũ magnũ in monte palatino. Palatium senatorꝝ prope sanctũ Sixtum. Palatium Claudii

inter Coliseum & sanctũ Petrũ ad vincula. Palatiũ Constantini in Lateraneñ. Palaciũ Romuli inter sanctã Mariam nouam & Cosmã / vbi sex ędes pietatis & cõcordię / vbi posuit Romulus suã statuã dicẽs: Hec statua nõ cadet donec virgo pariet. Et statim cũ beata Maria virgo peperit statua corruit. Palaciũ Traiani / vbi est colũna .xx. passuũ. Palaciũ Siluestri. Palaciũ Antonii / vbi est alia colũna .xxxiiii. passuũ. Palaciũ Neronis / vbi est angulea sancti Petri. Palacium Octauiani ad sanctum Laurentiũ in lucina.

¶ De arcubus triumphalibus.

¶ Arcus triumphales sunt hii / qui fiebant alicui imperatori redeũti / sub q̃bus cũ honore ducebatur à Senatoribus / & eius victoria ad memoriã eorꝝ in arcu sculpebat̃. Arcus Theodosii / Valẽtini / & Gratiani Imperatorꝝ ad sanctũ Vitum. Arcus Constantini Impatoris iuxta Coliseum. Arcus septem lucernarũ Titi & Vespasiani / vbi est candelabrũ Moysi cũ archa habens septem brachia in pede Turris calculatorie. Arcus Iulii & senatoris ad sanctã Mariã nouã. Arcus Octauiani impatoris ad sanctũ Laurentiũ in lucina. Arcus Antonii ad Colũnam.

¶De arcubus non triumphalibus.

¶Alii sūt arcus nō triūphales: sed memoriales vt est arcus pietatis ante sanctā Mariā rotundā: vbi accidit quędā historia de paupere muliere: cuius filius occisus erat a vicinę suę filio: quę petiit ius sibi fieri ab Imperatore Troiano parato ire ad exercitū: qui se ius dixit facturū in reditu Quę respondit: forsan domine nō redibis: qui statim fecit ibi consistorium: & fecit ei ẜm vt petierat. Iudicauitq; iuuenem homicidam moriturum: quem mulier petiit sibi reddi pro recompensatione sui filii mortui: quod ita factum est. Et dicta mulier fatebatur se plenū ius recepisse: & dotata est ab imperatore recessit.

¶De Termis.

¶Termę dicunt̄ palacia magna habētia magnas criptas subterraneas / in qbus tpe hyemali fiebat ignis maximus. Æstiuo autē tēpore replebant̄ aquis: vt curia in supioribus cōmorās magis delectaret̄: qd in termis Diocletiani & Maximiniani adhuc videri pōt. Termę Limpiadis apud sctm̄ Laurētiū in palispna. Termę Domitiani tyberinę sunt retro Mariā rotūdā. Termę Alexandrinę vbi est hospitale de termis.

¶ De Theatris.

Theatra sunt: Theatrū Titi & Vespasiani ad cathecunbas. Theatrū Tarquini imperatoris ad Septisolium. Theatrū Pompei ad sc̄tm̄ Laurentium in Damaso: & est ibi theatrum flamineū.

¶ De Angulea sancti Petri.

Ibi est memoria Cesaris: vbi splēdidus cinis in suo Sarcofagio idest Malo ęreo reqescit: vt sicut eo viuēte totus mūdus ei subiectus erat: sic ip̄o mortuo oīa corpora mortuoꝝ sibi subiacerent vbi ī giro mali scriptū est. Cesar tātus erat: quo nullus maior in orbe. Sed in modico nūc tam magnus clauditᷣ antro. Intra scriptura stat Cęsaris alta colūna. Regia structura quāta nō extat in aula. Si lapis est vnus: qua fuit arte leuatas. Et si sint plures dic vbi congeries.

¶ De cimiteriis.

Cimiteriū Caleopodii ad sanctū Pancratium. Cimiteriū sanctę Agathę. Cimiteriū sc̄tī Viti ad portā Colinā. s. Fęlicis. s. Calixti ad Cathecumbas. Cimiteriū Concordiani foris portam latinā. S. Agnetis: & alia q̄plura cimiteria: quę in multis locis descendebantᷣ per tria miliaria vbi sancti abscondebantur.

¶Loca vbi sancti passi sunt.

Foris portã apiã fuit decollatus sanctus Sixtus ꝓpe Dñe quo vadis: vbi fuit tẽplũ martis: añ. s. Nereũ intus cauati ad. S. Georgiũ domus Lucinę: & est ibi velũ aureũ. Aqua saluia ad sanctũ Anastasiũ: vbi decollatus fuit. s. Paulus. Ortus Lucinę: vbi est eccl'ia sancti Pauli: Et est ibi ꝓpe amphibiatũ vbi est cloaca ĩ qua iactatũ fuit corpus. s. Sebastiani: qui reuelauit corpus suũ Lucinę dicens. Inuenies corpus meũ pendens in vico ꝑ pedes iuxta stratã q̃ dr̃ via Cornelii iuxta Giroiũ arcus Romanoꝝ: vbi beatus Siluester & Cõstantinus obligauerũt se ab inde: vbi fuit domus telluris añ martẽ. Termę lãpiadis: ubi fuit assatus. s. Laurentius in palisperna. Palatiũ tyburtinũ vbi Decius & Valerianus recesserũt a Laurentio mortuo. Arcus flãmeus ad pontem iudeoꝝ trãstyberim infra palatiũ Neronis & tẽplũ Appollinis q̄d dr̃. S. Petronellę añ ecclesiã sancti Petri fuit vaticanũ ubi vates. i. Sacerdotes canebant officia. Ante templũ Appollinis fuit castrum Neronis: ubi nũc est ecclesia sancti Andreę. In fastigio Pãtheonis. i. Marię rotũdę fuit pinea ęrea deaurata: que nũc est ante tẽplũ

san cti Petri: quę coopta erat tabulis ęreis deau ratis: ita ꝙ a longe videbant quasi mons aureus: cuius pulchritudo ad huc in parte apparet.

ℭ De Templis.

ℭ Ante palatiũ Alexandri fuit templũ Eneę & Pompei mirę pulchritudinis. Monumentũ vero Pompei/quod dicit marmoreũ decenter ornatum: fuit oraculũ Appollinis. Et ecclesia sancti Viti fuit secretariũ Neronis. In palacio Antonii est templũ diui Adriani. In campo martis fuit tẽplũ Martis: in quo eligebant Consules Quarto kal. iulii: & morabāt vsq ad kal. ianuarii. In hoc templo ponebāt Romani rostra nauiũ: vt essent specula omniũ gentiũ. Iuxta Pantheon erat templũ Mineruę. Apud Cyriacum erat templũ Vestę. In calcari est templũ Veneris. Monasteriũ Rosę fuit castellũ Iunonis.

ℭ De Capitolio.

ℭ Capitoliũ dicit eo ꝙ erat caput totius mundi in quo Cõsules & senatores morabant ad cõsulendũ vrbem: cuius facies cooperta erat muris altis & aureis vitro & auro vndiq coopertus. Infra capitoliũ fuit palatium pro magna parte aureum: lapidibus preciosis exornatum: quod

dicebatur valere tertiã partem mũdi: in quo tot ſtatuę erant imaginũ quot ſunt mũdi prouincię Et habebat quęlibet imago tintinabulũ in collo per artẽ mathematicã depoſitũ: vt quando aliqua regio populo Romano rebellis efficeretur ſtatim huius ꝓuincię imago vertebat dorſũ imagini vrbis romę: quę maior erat ſup alias tanq̃ domina: & tintinabulũ quod habebat ĩ collo ſonabat: tũc cuſtodes Capitolii dicebãt id Senatui: ſtatimq; mittebant legiones militũ ad expugnandũ prouinciam. Erant in capitolio plura templa. Super arcũ erat templũ Cęſaris & Veſtę/vbi Senatores ponebant Iulium Ceſarẽ in Cathedrã.vi.martii. Et ex parte capitolii erat templũ Iunonis. Iuxta forũ publicũ erat tẽplũ Herculis in tarpeio/ & Achillis vbi interfectus eſt Iulius Cęſar à ſenatu in loco vbi eſt eccleſia Ara cęli: & fuerũt palatia ſimul iuncta. Palaciũ phebi & carmetis: vbi Octauianus vidit viſionem ſuã in celo. Iuxta canepariũ eſt templum Iani: qui erat capitolii cuſtos.

¶De equis marmoreis.

¶Equi & homines nudi ſignificãt ꝙ tpe imperatoris Tyberii fuerũt duo philoſophi iuuenes.ſ.

Praxitelis & Pitias: qui dixerũt se esse tãtę sapiẽtię: ut quicqd impator ip̃is absentibus in camera sua diceret: ipi de uerbo ad uerbũ referrent. Quod fecerunt ut dixerũt: & inde pecuniã nõ petierunt: sed memoriã sempiternã: ita ꝙ Phi haberẽt duos equos marmoreos calcãtes terrã qui significãt principes huius sęculi. Quia nudi sunt circa equos: significat ꝙ altis & extẽsis brachiis: & replicatis digitis narrabãt q̃ futura erãt ut sicut nudi sunt: ita sciẽtia huius mũdi in eoꝝ mentibus nuda & aperta est.

¶De rustico sedente super equum.

Ad Lateranũ est equus ęreus & deauratus: qui dr̃ Caballus Cõstantini: sed nõ est sic: sed quolũt scire uerũ hoc plegãt. Tpe Cõsulũ & Senatoꝝ qdã rex potentissimus ex oriẽtis ptibus uenit Romã: multa strage Ro. populũ affligens. Tũc qdã rusticus armiger magnę fortitudinis uirtutis & prudẽtie dixit Cõsulibus & Senatoribus. Nunqd si esset aliquis liberãs uos de tribulatione ista / quid a senatu recipere mereret̃: Respõderũt: quicqd peteret obtineret. Qui ait illis Date mihi.xxx.talenta auri: & insup memoriã fieri sempiternã: & ꝙ equũ ereum staturã meã

desup facietis: & ab illis vos in breui liberabo. Qui dixerũt se oĩa facturos. Ille vero ait. Media nocte surgẽtis: & oẽs estote armati bñ: & stetis infra muros in spelũcha: & quicqd vobis dixero facietis. Et respõderũt faciemus. Rusticus vero ascẽdit equũ suũ maximum sine sella: Tollensqȝ falcẽ exiuit foras tãq̃ vellet colligere herbas: viditqȝ regẽ veniẽtẽ ad arborẽ pro necessariis suis: sup quã arborẽ quedã Cucumagia sedebat: dulciterqȝ canebat. Rusticus hoc audiẽs accessit propius. Socii regis putantes rusticũ de suis esse clamarũt. Rustice nõ tangas regem qa si tetigeris suspenderis. Rusticus vero spretis eoꝝ minis ꝑ fortitudinẽ regem paruę staturę cito arripuit: & eũ subleuans posuit corã se sup equũ: & fugit ad vrbẽ: clamãs voce magna ad homines vrbis in cauernis latitantes. Exite foras & interficite exercitũ regis: quoniã ip̃m coram me nũc teneo captũ. Qui exeũtes ad vocẽ eius multos occiderũt: & alii in fugã versi sunt. Romani habito triũpho soluerũt ei aurũ quod petierat: & fecerũt memoriã eius: & in p̄ntatione statuę suę: quã posuerũt corã palatio Lateranẽ vnum equum ęreũ & deauratum: & statu

ram ipſius deſup ſedentē deauratā: extēſa manu dextra: cū qua regē cepat: & ſup caput equi quādā Cucumagiā poſuerūt: ad cuius cātū victoriā habuerūt: ipſam ſtaturam regis: q̄ parua erat: retro ligatā manibus ſub dicto equo collocarūt.

De Coliſeo.

Coliſeū fuit templū ſolis mirę magnitudinis & pulchritudinis: diuerſis cauernis adaptatū: & cooptū erat cęlo ęreo & deaurato: vbi tonitruū fulgura & coruſcatiões fiebāt: & pluuię mittebātur p̄ fiſtulas plumbeas. Et erāt ibi ſigna superccęleſtia: & planetę cū ſole & luna quadrigis vehi videbant̄. In medio ſedebat dn̄s Phebus deus ſolis: qui pedes ad terrā vertebat: & caput eius cęlū tangebat: q palmā in manu ſuā tenebat: deſignās ꝙ Roma totū mūdū regebat. Poſt vero multū temporis ſpaciū beatus Silueſter iuſſit tēplum deſtrui: & etiā q̄plura alia: ne Peregrini venirent Romā ꝑpter ędificia antiqua & deoꝝ famā: & nō propter eccleſias ſanctoꝝ tranſirēt multimoda deuotiōe. Caput vero et manus prędicti idoli cū pomo ad palaciū ī Laterano fecit poni in memoriā: quę palma & caput Sampſonis falſe vocant̄ a vulgo. Palatiū pręfatum erat

templũ Trubi: per quod intrabant: & pręfata simulatio in querimonia fundebat tẽpore Consultuũ & Senatorꝝ orationes.

¶ De sancta Maria rotunda.

¶ Agrippa pfatus subiugauit Ro. Se. Sclauos & Saxones. Occidere fecit & iussit. iiii. legiões. In eius reuocatiõe tintinabulũ statuę Pręsidis quę erat in templo Iouis & Mineruę sonabat: qa sta tua vniuscuiusq regni totius orbis in tẽplo illo erat posita cũ tintinabulo ad collũ: quãdo sona bat/regnũ id cognoscebat rebelle. Huius autẽ statuę pręsidis tintinabulũ audiẽs Sacerdos qui erat in spelunca in hebdomada illa: nuntiabat senatoribus. Senatores autẽ legationem hanc pręfato Agrippę iniunxerũt: vt iret ad Persas subiugandũ. Qui omnino rennuens & dicẽs se nõ posse pati tantũ laborẽ. Tandẽ victus petiit consiliũ triũ dierum: infra quos quadã nocte ex nimio cogitatu fatigatus obdormiuit: & quędã fęmina ei apparuit: quę ait. Agrippa qd cogitas in magno es cogitatu: Cõsolare/& pmitte mihi templũ quale ostendã tibi: & dicam quomodo eris victurus. Qui dixit: faciã dña. illa ostendit ei in visione templũ rotundum ad modum Pan

theon. Ille vero dixit. Dña quę es tu? quę respō dit. Ego sum Cibeles mater deoꝝ: fac mihi libamina & Neptuno: q est deus maris/ ad honorē meū: quia tecū erimus: & vinces oēs rebelles. Agrippa vero surgens hęc recitauit senatui: & ciues acquieuerunt verbis suis. Igitur cū magno apparatu nauiū: & .v. legiōibus militū venit ad Persas & eos debellauit: & posuit sub tributo Senatui Ro. annuatim. Et rediēs Ro. fecit tēplū fieri ꝙ ꝓmiserat: & dedicauit ad honorē Cibelis matris deoꝝ: & imposuit huic nomē Pantheon: & fecit staturā Cibelis deauratā: quā posuit in fastigio Pantheon suꝑ foramē: & cooperuit eā mirifico tegumēto ęreo & deaurato. Beatus vero Bonifa. pa. post multū tpis vidēs id tēplū tā egregie dedicatū ad honorē Cibelis āteꝗ xpiani pturbarēt aliquotiēs a demonibus: accessit ad xpianū impatorem rogās hoc templū sibi tradi: qđ impator cōcessit eidē libēter. Papa vero cū Ro. po. i. kal. Nouēbris dedicauit idē: & statuit vt ex illo die Ro. pōt. cū ro. po. ibi cōuenirēt: & papa missam celebraret: & populus cōicaret sicut in die natiuitatis dñi: & eodē die per vniuersum orbē festū beatę virginis Marię: &

omnium sanctoꝝ celebraretur.

¶De Octauiano imperatore.

Post multũ vero tpis Senatores videntes Octauianũ tãtę pulchritudinis & ꝓsperitatis: & ꝙ totũ orbē tributariũ fecerat dixerũt. Volumus te adorare: qa diuinitas ĩ te est: Si hoc nõ esset/nõ emergerent tibi ꝓspera. Qui rennuens induciꝭ postulauit: & ad se Sybillã tyburtinã vocari fecit: cui qđ senatores dixerũt recitauit: & ꝙ spaciũ triũ dierũ petiit vt sibi cõsuleret: ĩ qbus artũ ieiuniũ opata est. Post tres dies rñdit impatori: sit iudicii signũ/ Tellus sudore madescit: de cęlo Rex venit ꝑ secula futurus ilico. Postq̄ dixisset hoc celũ aptũ est: & splẽdor maximus irruit suꝑ eũ. Viditq́ȝ in cęlo virginē pulcherrimã: & puerũ in brachiis tenentem/ suꝑ altare dei: ita ꝙ mirarent valde. Audiuitq́ȝ vocē dicentem. Hęc ara est filii dei. Qui statim ꝓcidit in terrã & adorauit xp̄m venturũ, quod recitauit Senatoribus: de quo mirati sunt valde. Et fuit hęc visio in camera impatoris: vbi nũc est ecclesia sc̄tę Marię in capitolio: & ideo vocat sancta Maria Ara cęli: Et est ecclesia fratrũ minoꝝ.

Deo gratias.